

**7374** d. m. Hermeroti vicario suo, Lupercus subvillicus<sup>1</sup> hortorum Antonianorum<sup>2</sup> bene merenti fecit.

*Romae (VI 9994 cf. p. 5474 semel descripta saec. XV exeunte). — 1) Alius subvillicus Eph. ep. 7, 4248. — 2) Fortasse hi horti fuerunt imperatorii. Cf. supra N. 4647 seq.*

**7375** diis m. | Auximus vilicus | a Tritones<sup>1</sup> Claud. | Arescusae matri | bene merenti f., | vix. ann. LXXXVII, | item Clau. Carpo | patri bene merenti, | vix. ann. LXXXV.

*Roma ut videtur Gratz in museum adlata (VI 8684 vidit Mommsen). — 1) Villa a Tritonibus appellata videtur significari. (Cf. etiam infra N. 7620.) Fortasse hic quoque vilicus pertinuit ad familiam imperatoris.*

**7376** d. m. | Cerdontis | actor. fidelissimi, | M. Caesonius | Spectatus.

*Ostiae (XIV 469 vidi).*

**7377** Oénanthe | Felici contubernali | carissimó sibi, | actóri M. Salvi Othónis<sup>1</sup> ser., | fécit, vix. annis LX.

*Romae (VI 9144 vidit Dettelsen). — 1) Aut is qui imperavit a. 69, aut avus eius (Suet. Oth. 4).*

**7378** d. m. | Aprili, An|nidi Seve|ri consu|laris ar|cario fide|lissimo, do|minus.

*Romae (VI 9146 vidit Henzen).*

**7379** Prosodus | Daphni | Crispini Caepionis<sup>1</sup> | disp. filius, | vixit annis .V.

*Romae (VI 9541 saepius descripta). — 1) De Crispini Caepionibus cf. C. I. L. VI 54762 cum not.; Tac. ann. 4, 74.*

**7380** dis manibus | Onesimi Caepionis | Hispanis<sup>1</sup> disp., | Ti. Caepio<sup>2</sup> Hieronymus | et sibi et suis.

*Romae, nunc in vico Fiano (VI 9557 descr. Augustus Castellani). — 1) Idem ut videtur qui memoratur Plin. ep. 4, 9, 46, cf. Mommsen röm. Forschungen I p. 54; Prosopogr. imp. Rom. II p. 37 n. 62. — 2) Caepionis vocabulum in nomen gentilicium abiit (similiter VI 24967, 26700), cf. Mommsen l. c.*

**7381** Chrestus disp. | Norbanorum | Flacci et Balbi<sup>1</sup>.

**7381<sup>a</sup>** Urbanae matri | Montani dispens. | Norbanorum.

*Romae extra portam Salariam rep. (VI 33472, 53849 = Gatti bull. comunale 1899 p. 74 n. 51, 1886 p. 387 n. 4589). — 1) Videntur significari C. Norbanus Flaccus consul a. p. Chr. 45 (cf. supra N. 4961) et L. Norbanus Balbus consul a. p. Chr. 49.*

**7382** dis manibus | Volusiae Olympiadis | M. Licinius Eutyclus | qui dispensavit<sup>1</sup> | Volusio Torquato<sup>2</sup> | Luci filio, | coniugi sanctissimae | et fidelissimae | fecit et sibi.

*Romae (VI 9327 vidit Henzen). — 1) Titulus positus post officium dispensatoris depositum: dispensatores servi erant. Similiter VI 9353: qui fuit dispens. — 2) Cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 487 n. 666.*